



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

XVIII. Vt excommunicatus non introeat ecclesiam ante poenitentiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

XII.  
**Quicumque Christianus excommunicatus fuerit, nec eius eleemosyna recipiatur.**

XIII.

**Eleemosynam a gentibus offerendam, in ecclesiam recipi non licet.**

XIV.

**Christianus qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium ad aruspicem meauerit, per singula crimina annum pœnitentiæ agat, impleto cum testibus veniat anno pœnitentiæ, & postea resoluetur a sacerdote.**

XV.

**Et qui furtum fecerit, dimidium pœniteat vingt<sup>forte re-</sup> diebus cum pane, & si fieri potest raptare repræsentet, sic in ecclesiam \* renuetur.**

XVI.

**Christianus qui crediderit esse lamia in speculo, quæ interpretatur striga, anathematizandus, quicumque super animam famam istam imposuerit, nec ante in ecclesiam recipiendus, quam vt idem criminis quod fecit sua iterum voce \* reuocet, & sic pœnitentiam cum omni diligentia agat.**

XVII.

**Virgo quæ voverit Deo, permanet casta, & postea nupserit carnalem sponsum, excommunicationis sit, donec conuertatur: si conuersa fuerit, & dimiserit adulterium, pœnitentiam agat, & postea non in vna domo, nec in vna villa habitent.**

XVIII.

**Si quis excommunicationis fuerit, nec nocte Pa-  
Rr ij**

scharum in ecclesiam .: non introeat , donec poenitentiam recipiat.

ANNO  
CHRISTI  
450.

XIX.

Mulier Christiana quæ acceperit virum honestis nuptiis , & postmodum discesserit a primo , & iunxerit se \* adulterio, quæ hæc fecit excommunio-  
nis fit.

XX.

Christianus qui fraudat debitum cuiuslibet , ri-  
tu gentilium, excommunicationis sit donec soluat de-  
bitum.

XXI.

Christianus cui dereliquerit aliquis & prouocat eum \* inductum , & non in ecclesiam ut ibi ex-  
minetur causa , qui sic fecerit alienus sit.

XXII.

Si quis tradiderit filiam suam viro honestis nu-  
ptiis , & amauerit alium , & consentit filiæ suæ , & ac-  
ceperit dotem , ambo ab ecclesia excludantur.

XXIII.

Si quis presbyterorum ecclesiam ædificauerit ,  
non offerat antequam adducat suum pontificem ,  
ut eam consecret , quia sic decet.

XXIV.

Si quis aduena ingressus fuerit plebem , non ante  
baptizet , neque offerat , nec consecret , nec eccl-  
esiæ ædificet , \* nec permissionem accipiat ab epi-  
scopo : nam qui a gentibus sperat permissionem ,  
alienus sit.

XXV.

Si quæ a religiosis hominibus donata fuerint ,